contra vero aliorum ſis benignus. Audiant te homies parua
mandantem et grauia facientē. Sed heu quid dicendū eſt de
ſacerdotibus manifeſtis cōcubinarijs et ꝓprias oues violanti
bus ꝛ p̄cipue ſponſas criſti. de quibus Hiero. Sicut ſceleſtius
eſt ſacroſanctā eccleſiam temerarie comburere ꝙ̄ domū pleba
ni vł alterius vicini: ita multo peius eſt ſponſam criſti violare
ꝙ̄ ſponſam proximi tui. Unde Bern. O ſacerdos quare ma
nus tue extendunt ad illicita que tractant tenentem oīa. quare
te ingurgitas ebrietate qui plenus eſſe deberes omni ſanctita
te. Idem ait Uere ſacerdotes qui ſm̄ carnem ambulāt deo pla
cere non poſſunt: turpiſſimū eſt em̄ manus deo dicatas et ſa
cro criſmate cōſecratas pudibundis mulierū ingerere. O ꝙ̄ te
merarium et nephariū eſt pollutis manibus filiū virginis tra
ctare et ore ſordido ſumere: que mens ad exceſſum non rapit.
Quis oculus nō erubeſcit? quis auditus nō terretur. vbi mōi
pretium ꝓicitur in ſterquilinū. i. in os p̄ſpiteri criminoſi et per
ꝯſequens ſacerdotis ſceleratiſſimi. Mirum ꝙ tales nō verētur
ſtantem iuxta ſe dei angelum qui ſecat ip̄m per mediuȝ. Nam
Ambro. dicit. Qui indigne xp̄m ſumit idem eſt ac ſi ip̄m inter
ficeret. et ideo ait Aug. Melius eſt ſpiritualia penitus obmit
tere ꝙ̄ impure tractare. Hec tibi ſunt ſcripta mi frater.

Reſponſio fratris ad fratreȝ valde compunctus. ❡ Capitulum. xvi.

U reſpondes mihi mi frater ſcribendo ꝙ ſuffitienter
t tibi vtiqȝ dixi. vt caritas mea fraterna propoſuit tibi
que merito te ab huius mundi vanitate deberet retra
here et in amore dei ſolitare. Sed quōm maximus ſis poteſt
et vltimus omniū hominū. et aſſeris te deum tuum omnipo
tentem ſepiſſime ad iram prouocaſſe. Inſuper innumerabilibꝰ
peccatis grauiter oneratū eſſe: ſic ꝙ propria tua conſcientia iu
dicet te condemnatū fore. et ideo dicȝ te neſcire quid facturus
exiſtas: aut quo a facie dei tui fugias. Reſpondeo tibi o mi ger
mane et multum laudo tuā ſic erga deum accuſationē: necnon
tue eterne damnationis cognitionē. Certum em̄ eſt ꝙ dei mi
ſericordia ſuperat omnem cōfeſſionē. Nam ſua te mi frater bo
nitas creauit: ſua nanqȝ miſericordia creatū ab originali pctō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

per baptiſmū te mūdauit. Sua inſuper magna patientia poſt
iſtam emendationē baptiſmi in aliis peccatorū et voluptatum
ſordibus hactenus tollerauit: nutriuit et expauit. Inſuper do
minus dixit. Nolo mortem peccatoris ſed magis vt cōuertat
et viuat. Et quid eſſet ꝙ dixerat. nolo mortem peccatoris: ſi te
ad ipm clamantem ad infernū ſepeliret. an trudere ad infernū
eſt nolo mortem peccatoris: an hoc eſt volo vt conuertat et vi
uat. Nolo te ignorare mi frater quoniā multi ſcelerati. multi lu
xuriis dediti: multi cōcupiſcentiis ſeculi ſignati: bonitate eius
ad indulgentiam peruenerūt. Non ergo abnegat vni quod plu
ribus contulit. Recordare ergo cur de celo venit hieſus criſtus
deus et ſaluator noſter: quid in mundo fecit: ad quid ſe morti
tradidit: non niſi vt peccatores ſaluaret. Quis em̄ valet enar
rare tantam caritatem qua peccatores dilexit. Audi Henricū
de haſſia in omelia de lancea domini ſic dicentem. O caritas
quanta eſt vis tua: que ſola deū trahere potuiſti de celo ad ter
ram. O ꝙ̄ forte eſt vinculum tuum quo et deus ligari potuit.
Adduxiſti nobis illum vinculis tuis alligatum. Adduxiſti il
lum ſagittis tuis lancea et clauis vulneratū. O caritas tu vul
neraſti impaſſibilem: ligaſti inſuperabilem: traxiſti incōmuta-
bilem: et eternū feciſti mortalem. Hec ille. Item et audi ſanctū
Bernhardum queſitiue ad ſaluatorem dicentem. O bone hie-
ſu quid voluit tuus tantus amor: Uel quid cogitaſti ꝙ amara
pati voluiſti: quare tibi propitius non fuiſti quod vtiqꝫ licuiſ-
ſet ſi tibi placuiſſet: Reſpondit ſibi dominus in ſpiritu dicens
Amoris magnitudo hoc me facere nō permiſit: caritatis flam
ma in me tantum excreuit ꝙ in nullo mihi parcere volui: nec
potui. Hec ille. Ecce mi frater hec fecit caritas vt dura corda
peccatorum et precipue amatorū mulierum: quorū tu primus
hucuſqꝫ fuiſti poſſit emollire et in amorem dei cōuertere. Nō
ergo te ineternum vlterius frangat aut infitiat mulierum pul-
chritudo: dulcis cum eis conuerſatio: delectabilis earum aſpe
ctus: crebra munuſcula earum et affectus. Nemo enim inquit
Hieronimus inter ſerpentes et ſcorpiones ſecurus ingreditur
Tu ergo ſalomone non es ſapientior: nec dauid ſanctior qui
ſm cor dei vir erat electus: poſtqꝫ em̄ ambulauit in cenaculo
domus ſue: berſabe captus eſt pedū nuditate. ⁊ adulterio iūxit

homicidiū. Sampſon fortior leone: durior lapide: ⁊ qui vnus
et nudus mille ꝑſecutus eſt viros armatos poſtea in Dalide ca
piebatur amplexibus. Sic tua dalida duxit te multis annis liga
tū et captum: mala eīm herba mulier mala. ſepe eīm altum ſco
laſticū fecit fantaſticū: habūdantem fecit mendicātem: dominū
ſuperbum tranſmutauit in ſeruū. Querit es obulū groſſum et
florenū: Nō querit honores nec tendit ad pudores Bilinguis
mulier velut inſtabilis aer. Decipit ꝙ̄ plures velut in nocte fu
res. O mi germane vtinā ſaperes et intelligeres ac nouiſſima
ꝓuideres. ¶ Tu ſcribis mihi iterū ſuper p̄miſſis verbis. Re
ſpondeo: quomō tuum ſaxeum cor ⁊ frigidū nimiū mollifica
ui ac in amorē dei cōuerti: ſic ꝙ gelicidiū pectoris tui in aquas
deuotionis petas cōuerti. inſuper et magno feruore a me conſi
lium deſideras: quo p̄ſcripta tormentorū genera poſſis euade
re ac piiſſimū dominū noſtrum iheſum xp̄m placare qui ſeip̄m
ꝓpter te exinaniuit et formam ſerui accepit: quibus conſilijs te
totis viribus in minimo et maximo ſpondes acquieſcere. Re
ſponſio. Audi mi frater dominū noſtrū iheſum criſtū quē pla
care deſideras qui te tanꝙ̄ ouem centeſimā in deſerto perditā
.i. in hoc mōo criminoſo ac damnoſo multis annis queſiuit ⁊
tandem te per tuam magnā et veram contritionē et firmū ꝓpo
ſitū emendationis tue vt te habere aſſeris inuenit. ponēs te in
humeros ſuos quouſqꝫ omēs ciues celeſtis patrie dicens ait.
Cōgratulamini mihi ⁊ vobiſipſis ꝯgaudete. qm̄ maius eſt vo
bis gaudium ſuꝑ vno peccatore penitentiā agente ꝙ̄ ſuper no
nagintanouem iuſtis qui nō indigent penitētia. Ecce hic ple
banus peccator maximus eſt inuentus qui perierat multis an
nis ſe inuoluēdo innumerabilibus peccatis cū ſua concubina
et ſic mortuus erat et multos auertit a via recta et iuſta ꝑ ſuū
malum exemplū et criminoſam vitam. q꞉ concubinarius fuit
manifeſtus coram omni populo in maximū ſcandalū. Hic cō
uertit ſe ad me et ego conuerti me ad eum aſſumēs ip̄m in me
am gratiā. Hunc ergo piiſſimū dominū ⁊ deum tuum iheſum
criſtum interroga et tibi dabit reſponſum optimū et conſiliū
dicens illud Math. xvi. ⁊ Luce. ix. Si quis vult venire poſt
me abneget ſemetip̄m. Scōm. Et tollat crucem ſuā. Tertium
Et ſequatur me. Quibus tribus cōſilijs p̄mittitur hoc verbū.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Si quis vult poſt me. p quod verbum premiſſum datᷣ intelligi quod in volūtate cuiuſlibet hominis eſt venire poſt eum in celeſtem patriā. ¶ Et ſic innuit beatus Augu. his verbis. Qui creauit te ſine te. nō iuſtificabit te ſine te. Non em̄ deus azinis vult dare regnū celoꝝ. qui coacti ad molendinū deferūt ſaccos frumentoꝝ. Deo em̄ non placēt ſeruicia coacta. ſ hilarem datoꝛē. i. ſeruitoꝛem diligit deus. ¶ Et eſt hic ſciendū ꝙ in iſtis tribus cōſilijs ieſu chꝛiſti cōpꝛehenduntᷣ tria eſſentialia totius religionis oim̄ oꝛdinum. Nam homines carnales et ſeculares querūt ſuas delectationes. Sicut tu mi frater multis queſiſti annis. Aut in ſupbia aut in luxuria aut in auaritia. Et ſi que plures tales ſtꝫ alie cōpꝛehenduntᷣ ſub iſtis. Et hoc eſt qđ beatus Johānes dicit in ſua pꝛima canonica. ca. ij. Nolite diligere mundū. nec ea que in mūdo ſtꝫ. Si em̄ quis diligit mundum non eſt caritas patris in eo. Quoniā omne quod eſt in mūdo. aut eſt cōcupiſcentia carnis: aut cōcupiſcentia oculoꝝ. aut ſupbia vite. Spirituales aūt homines vt ſtꝫ viri religioſi contra iſtas delectaciones mūdi. quibus totus inficitᷣ mundus. opponunt tria ſcuta. Cōtra luxuriā em̄ opponūt votum ppetue caſtitatis. Contra ſupbiam votum perfecte obedientie. Contra auariciam votū pauptatis volūtarie. Et iſta tria vota ſiue cōſilia cōpꝛehendūtur in pdictis verbꝫ dn̄i noſtri ieſu criſti videlicet. Si quis vult venire poſt me ꝛc̄. ¶ Eſt ergo pꝛimū conſilium votū pfecte obedientie qđ tangitᷣ cum dicitᷣ. Abneget ſemetipm̄. per qđ homo efficitᷣ frater ſoroꝛ et mater xp̄i Math. xij. Si quis fecerit voluntatē patris mei qui in celis eſt ipſe meus frater ſoroꝛ et mater eſt. Nam inobediētia clauē regni celoꝝ amiſit et obediētia eā recupauit. Et ideo Simoni petro. i. vero obedienti dictū eſt. Math. xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ. immo etiam ſimilis efficitᷣ xp̄o. qui ad patrē dixit. Non qđ ego volo. ſ quod tu vis pater fiat volūtas tua. Et ideo xp̄s ne pderet obedientiā maluit pdere vitā in exemplū. qꝛ xp̄s obediens fuit patri vſqꝫ ad moꝛtē. Secundū vo cōſilium eſt votū caſtitatꝫ. qđ tangitᷣ cū dicitᷣ. Et tollat crucē ſuam. qꝛ cruciatio coꝛpis eſt ꝯſeruatio caſtitatis ex quo voto ſiue cōſilio efficitᷣ hō ſimil' āgelis. qꝛ vita caſta nō eſt vita hūana. ſ angelica vt dicit Jero. In carne viuere pter carnem nō eſt humanū ſ angelicū.

Sed ſanctus Ambro. exaltat eam ſup angelicā vitam dicens
Maior eſt victoria virginū q̄ʒ angelorū. Angeli enī ſine corpe
viuunt ſed vere criſti virgines in carne triumphant. ¶ Tertiū
conſiliū eſt votum voluntarie paupertatis. quod tangit̃ in predi
ctis verbis cū dr. Et ſequatur me. videlicet in voluntaria pau
pertate. qm̄ qui vult ad criſtū venire debet ſicut criſtus ambu
lauit ꝛ ipſe ambulare. O q̄ʒ in magna paupertate criſtus in hūc
mundū venit et cum multo maiori paupertate in hoc mūdo vi
xit: et cum extrema et maxima paupertate de hoc mōdo exiuit dū
dixit. Vulpes foueas habēt et volucres celi nidos: filius aūt
hominis nō habet vbi caput ſuū reclinet in turpiſſima videli
cet morte ſua Per tale igit̃ votum fit homo heres regni celeſtꝫ
Math. v. Beati pauperes ſpiritu qm̄ ipſorum eſt regnū celo
rū. Non regnū huius mundi quod eſt tranſitoriū quod datur
diuitibus tm̄: ſed regnū celorū quod manet in eternū: In quo
eſt requies ſine labore: vita ſine morte: iuuētus ſine ſenectute: gau
dium ſine merore: et illorū oīm eternitas ſine fine. Sʒ diceres
mi frater. Durus eſt ſermo iſte mihi nō poſſum modo intrare
religionē. Rn̄deo tibi: O mi frater audi nō me ſed beatū bern.
dicētem. Reſpondēt nobis amatores huius ſeculi cū eis peni
tentiā per ingreſſum religionis ſuademus dicētes. Durus eſt
ſermo iſte quis poteſt eum capere. Sed errant vtiq; qm̄ audi
turi ſunt aliqn̄ verbum aſperrimū. duriſſimū ſermonem ꝛ peſſi
mam auditionē. ſcʒ Ite maledicti in igneʒ eternū qui paratus
eſt dyabolo et angelis eius. Ubi tūc cruciatus ſuſtinebunt in
tollerabiles et penas eternas. Nos aūt religioſi potius ſuſti
nemus hic virgam blande corrigentem ne in futuro ſentia
mus malleū crudeliter verberantē. Nam obſeruātia regularis
eſt qddam caminū. i. purgatoriū in quo rubigo multorū pecca
torū purgat̃ et dei oīpotentis ymago noſtris aīabus reformat̃
ꝛ tunc de fornace ſumpti in pallatio celeſtis regꝫ coequabimur
angelis. Martires. n. q̄ʒuis grauia: breuia tn̄ perpeſſi ſītꝫ ſuppli
tia. Quis enī non potius truncationē capitis eligeret vt ſic ad
celum volaret: q̄ʒ multis annis in obſeruātia regulari diutur
na pati plura ſupplitia. vt. ſunt hec. Clauſtralis incluſio: regu
laris diſtrictio: veſtium abiectio: iuge ſilentium: alienū imperi
um: crebra ieiunia: iuges vigilie: quotidiana exercitia: cōfeſſio

nis confuſio:penitentie amaritudo:lectionum vigilantia:caſti
tas ſincera:publica coram fratribus increpatio:corporis caſti
gatio:oratio deuota:prompta obedientia:paupertas volunta
ria:nihil oĩno poſſidere ꝓprium. Hec omnia ſunt carnis cru-
tiamenta que indubitanter apud deum magnũ obtinent meri
tum hic et in futuro ſeculo. ¶ Et precipue hec nouem ſunt de
quibus nos religioſos gaudere oportet. Primo indubitanter
ꝙ qui in ſeculo ſunt habitantes purius viuimus:quieſcimus
ſecurius:moramur frequẽtius:cadimus rarius:reſurgimus fa
cilius:incedimus cautius:morimur confidentius: purgamur
citius:premiamur copioſius. Ecce nec oculus vidit:nec auris
audiuit:nec in cor hominis aſcendit:que preparauit deus dili
gentibus ſe.id eſt.bonis:ſanctis et perfectis religioſis. ¶ No-
ta ꝙ in peccato duo ſunt conſideranda.videlicet culpa ⁊ pena
Culpa dimittitur in confeſſione debite facta ab vno qui habꝫ
plenã poteſtatẽ eundem abſoluere ab omnibus peccatis quan
tumcunqꝫ magnis:et cenſuris eccleſiaſticis.et eſt abſolutus vt
creditur ab omni culpa. Sed adhuc pena remanet quam con
feſſio tranſmutauit in tranſitoriam que prius fuit eterna. Et
ſimiliter eternam damnationem in purgatoriũ tranſitoriuꝫ.in
quo purgatorio eſt idem ignis infernalis niſi ꝙ ibi eſt eternus
hic aũt videlicet in purgatorio tranſitorius.in quo quandoqꝫ
contingit animam puniri ad centum annos: et multo longius
ſm exigentiam peccatorũ hic tpe gratie cõmiſſorum. Sed fir
miter credimus ſm omnes doctores catholicos.ꝙ ꝓfeſſio ap
probate religionis cuiuſcunqꝫ ordinis:ſit ſecundus baptiſmus
⁊ delet homini omne purgatorium:etiam ſi deberet ibi puniri
vſqꝫ ad mille annos. Et in hoc pro certo fecit nobis deus ma
gnam pietatem ac gratiam:qui non ſolum nõ vult mortẽ pec-
catoris.i.eternam damnationem:ſed nec etiam vult purgato-
rium pro infinitis peccatis. Et ideo dedit nobis remediũ ad
tollendum omne purgatorium per ſancte et approbate religi-
onis ꝓfeſſionem. Et ſi talis etiã poſt ꝓfeſſionem canonice fa-
ctam viueret tm̃ ad duos aut tres dies aduc deleuiſſet purga-
toriũ mille annorũ et plurium. Nunc mi frater in teipm̃ redi:
et vitam tuam conſidera ſm ꝙ mihi vt ſupra habetur ſcripſiſti
videlicet ꝙ tuam dalidam ad vigintitres annos poſſediſti. Et

iſto toto tempore nō credo tibi dimiſſum fuiſſe minimū pctm̄
etiam veniale. q2 veram ↄtritionem tali tpe nunq̄ꝫ habuiſti ꝛc.
Scd̕o ↄſidera horribilē beati Aug. auctoritatē ſuperius alle-
gatam videlicet. Mallem ſuſtinere penā cayphe: pilati et hero
dis q̄ꝫ ſacerdotꝫ indigne celebrātis ſcienter ſaltem. Si ergo to
tiēs tibi acquiſiſti penas p̄dictorū trium damnatorū quotiēs
diuina celebraſti. O mi frater q̄ꝫ profunde te in his vigintitri-
bus annis in ꝓfundū inferni dimerſiſti: et adhuc videtur tibi
dura ſuaſio mea ſalutifera ad religionis ingreſſum. Sed cre-
de mihi vtiq̄ꝫ experto ꝙ vita religioſa quanto artior quantoq̄ꝫ
moleſtior videt̕ ab ingreſſu. tanto iocūdior inuenit̕ in progreſſu
Delectaris em̄ iam in his in quibus mundi vanitas iocunda
tur: vt puta in viſu mulierū et in amplexibus: in ſplendida ve-
ſte et his ſimilibus: et odium habes clauſtralē incluſionem: re-
gularem diſtrictionē: veſtiuꝫ abiectionē ꝛc. vt ſupra. in quibus
vita religioſa decorat̕ ꝛ conſeruatur. Sed crede mihi experto
qm̄ deus per ſuā mellifluā gratiam et miſericordiā hec carnis
crutiamēta in te diſſipabit et in ſuauiſſimā dulcedinē tibi mu-
tabit. Huius aūt vite oblectamēta in quibus ꝓh dolor longo
tpe miſerabiliter fluctuaſti in maximā tibi nauſeam aↄtrarie
tatem trāſmutabit. vt tunc audacter dicere poteris cū ꝓpheta.
Dn̄s ſolicitus eſt mei. ¶ Huius rei capias notabile exemplū.
qd̕ refert Vincentius in: iiij. par. ſpeculi hiſtoriarū. li. vij. Nam
erat quidam p̄ſpiter honorabilis eccleſie Lugdonen̕ nomie
Johānes: qui ꝓpoſitū bonū accepit intrare ciſtertienſem ordi
nem in regulariſſimo mōaſterio: ſed per tpis ſucceſſuꝫ tale ꝓpo
ſitū mutauit: qui in hmōi boni ꝓpoſiti recōpenſam viſitare ſan
cti Jacobi limina ſibi elegit. que et viſitauit a quibus domum
ꝓprium rediens ex itinere fatigatus in ſuo ꝓprio cubiculo ob-
dormiuit. Cui criſtus cū duobus diſcipulis ſcꝫ Petro et Ja
cobo apparuit. Petro aūt librū vite tenente: criſtus vt aperiat
et legat p̄cepit. qui aureis ſcriptus litteris p̄deſtinatorū cōtine
bat noīa. Et cū petrus pluribus p̄deſtinatoꝝ nomibus lectis
ad p̄dictum Johannem p̄ſpiterū veniſſet criſtus dixit. Tolle
tolle eum ac dele. q2 ciuem meum ſe futurū intrandi ſanctā reli
gionem ꝓpoſuit et a bono propoſito ſuo reſilijt. Accedens aūt
ſanctus iacobus aplūs pro eo dominū orabat dicens. Domie

deus meus eſt peregrinus ne deleas eum obſecro de libro vite
Cui dñs. Deus inquit nõ peregrinus ſed celeſtis ciuitatis ci
uis eſſe debuit: nonne maius eſt eſſe ciuem meũ ꝙ̄ eſſe peregri
nũ tuum. Cui iterũ ſanctus Jacobus ait. Pijſſime dñe fac ne
deleatur et ego fideiubeo ꝙ ſuũ ſanctum ꝓpoſitum exequatur.
Dñs ait. et quando ſanctus iacobus pro ſuo peregrino reſpõ
debit. Jacobus reſpondit. Infra ſpatiũ quindecim dieruʒ. Et
ex poſt iohannes p̄ſpiter mox euigilauit et in terra proſtratus
ſancto iacobo pro fideiuſſione grãs agit cuʒ lachrimis dicens
Beate iacobe prorſus fatiam qđ pro me ſpoſpondiſti: poſt fle
tum igitur magnũ iterũ obdormiuit et criſtum et p̄fatos apo
ſtolos iterum vidit. ac petrũ ad criſti iuſſum ita de libro legẽte
audiuit. Murenulas aureas fatiemus tibi vermicultatas argẽ
to. Qui iterũ euigilans infra dies prefatos mox monaſteriuʒ
Boncuallis intrauit et ibi tam ſancte vixit vt abbate mortuo
ab omnibus fratribus eligit᷑. et ex poſt valentine eccleſie anti
ſtes preficit᷑ vbi multis magniſqʒ miraculis in vita pariter ⁊ in
morte coruſcauit. Et nunc mi frater hunc plebanũ conſidera.
quomodo eum deus gratia ſua perfudit melliflua; et ſequere ei
us veſtigia et fortaſſis eandem gratiam quam et iſte inuenies
apud dominũ: cum non ſit acceptio perſonarũ apud deum.

Plebanus concubinarius no luit fieri religioſus.

¶ Capitulum. xvij.

o Germane et frater mi preamande multa mihi bona et
ſubtilia ſcribis de ingreſſu religionis; ſed ſicut tibi pri
us ſcripſi ſic adhuc ſignifico tibi. q2 ad religiõis ingreſ
ſum non ſum adhuc diſpoſitus nec inclinatus. Nam ſicut tibi
conſtat tres ſunt ſtatus ſaluandorũ videlicet incipientiũ: profi
tientiũ ⁊ p̄fectorum. Modo ego nõ ſum adhuc in primo ſtatu
ſcʒ incipientiũ: ſed heu in ſtatu peccatorũ et per ↄſequẽs dam
natorũ: qua in re intendo primo incipere et meã ſcʒ ↄcubinaʒ
cum ſuis genitiuis a me reicere vt et ipſa in certo loco penite
at ex parte vna; et ego in parte altera cũ ouibus meis intendo
manere quibus exemplũ malum longo prebui tp̄e. Incipiã igi
tur coram eis penitere et ab iſta ↄcubina et omnibus alijs mu
lieribus ac ceteris vitijs inquantũ mihi deus gratiam dederit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf